



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 33. Papæ Litteræ contra Venetos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. venarum non desit esse Canonicus &  
 A. C. 1309. Archidiaconus Tolosanus. Lugdunum  
 Convenarum initio & Romanorum ac  
 Gall. Chro. Pompeji Magni tempore in monte con-  
 10. 2. p. 648. ditum sub Rege Gontrano anno 585 de-  
 Vales. not. structum fuerat. Post quingentos an-  
 Gall. p. 157. nos Bertrandus Episcopus urbem in  
 158. ruderibus antiquæ reædificavit sed mul-  
 to minorem: quæ Fanum S. Bertran-  
 di etiamnum dicitur. Extruxit inibi  
 coenobium pro Canonicis Regularibus  
 S. Augustini: & cum Ecclesiam suam  
 annis quinquaginta circiter sancte rexis-  
 set, ad Deum excessit sub annum 1126  
 decima sexta Octobris.

Rayn. 1309.  
 n. 2.

Hujus itaque Sancti corpus Papa Cle-  
 mens pretiosam in capsam transtulit  
 die S. Marcelli Papæ 16 Jan. 1309. As-  
 sistebant illi hanc ad ceremoniam quatuor  
 Cardinales, duo Archiepiscopi Rotho-  
 magensis & Aufcitanus, Tolosæ, Albigæ,  
 Magalonæ, Aturi, Tarbæ, ac Convena-  
 rum Episcopi sex, & Abbates quinque.

§. XXXIII.

*Papæ Litteræ contra Venetos.*

Ineunte vere Papa venit Avenionem;  
 ubi a fine Martii versabatur: habita-  
 bat in ædibus Fratrum Prædicatorum,  
 pro se sedulo præparatis; & ibi usque  
 ad Viennense concilium hærebat, nimi-  
 rum

Bal. to. 1.

p. 15.

q. 31.

rum duobus annis: Cardinales cum to- Sæcul. XIV.  
 ta curia Romana illuc eum secuti fue- A. C. 1209.  
 rant: atque hoc ab itinere dimetienda  
 est Summorum Pontificum in illa urbe  
 commoratio, quam Clemens Pictavii an-  
 no priore decreverat, ac declaraverat.  
 Ibidem terribiles contra Venetos litte- p. 69.  
 ras edidit: en earum causam! Cum A- Rayn. 1208.  
 zo Atestanus Ferrariæ Marchio deces- n. 14.  
 sisset, Franciscus frater ejus, ac Frisco e-  
 jusdem filius nothus de dominatione ur-  
 bis disceptabant: quæ res tumultum ex-  
 citabat in populo, ita, ut ambo pelleren-  
 tur. Papa credidit favere sibi occasio-  
 nem recuperandæ Ferrariæ, quam Ro-  
 mana Ecclesia sibi obnoxiam perhiberet:  
 atque per litteras civibus libertatem a  
 longa oppressione gratulans suadebat, ut  
 se inter brachia Ecclesiæ matris suæ con-  
 jicerent. Dabat Pictavii 27 Apr. 1308.

Veneti occupare Ferrariam sibi com- n. 15.  
 modam cogitabant. Idcirco Papa duos  
 huc Nuncios misit Arnaldum de S. Aste-  
 rio Abbatem Tullensem, ac Onuphrium  
 Trebisiensem Ecclesiæ Metensis Decanum.  
 Fungebantur tam bene suo munere, ut  
 Ferrarienses se agnoscerent Ecclesiæ Ro-  
 manæ subjectos, ac Nunciis claves urbis  
 traderent. Qui positis ad portas pon-  
 tesque custodibus Magistratum Senatun-  
 que jusserunt Papæ jurare fidem, &  
 in castella territorii præsidia immisere.  
 Cum

Sæcul. XIV. Cum autem Venetos bellum parare sci-  
A.C. 1309. rent, Ducem Petrum Gradenicum ac  
 Senatores per litteras dehortabantur: &  
 Abbas Tullensis ipse Venetias hoc fine  
 adiit. Sed ibi male acceptum concita-  
 ta plebecula injuriis onerat, lapidibus pe-  
 tit, necisque minis insequitur. Vene-  
 ti ductu Joannis Superantii Ferrariensem  
 ingressi agrum captæ tandem urbi Vita-  
 lem Michielum præfecerunt. Tum ve-  
 ro duo Nuncii Gradenicum Ducem ac  
 Senatum anathemate, tractum Venetum  
 interdicto mulctarunt.

n. 16.

Papa monitis hæctenus & litteris le-  
 nitate plenis avocare Venetos a molimi-  
 ne suscepto tentaverat. At cum Ferra-  
 riam Ecclesiæ nomine gubernantes a  
 Venetis expugnationibus hinc depullos  
 comperisset, litteras edidit, in quibus,  
 postquam facta omnia perceraserat, Ve-  
 netis ingratos in Ecclesiam Romanam  
 animos exprobrabat, Luciferi, Dathani,  
 Abironis, Abfalonisque exempla afferens.  
 Tum jubebat, eos intra mensem Ferra-  
 riam, & ad eam pertinentia relinquere,  
 suisque Nunciis libere possidenda permit-  
 tere: alioqui Ducem ac Venetam Rem-  
 publicam, nominatim Joannem Superan-  
 tium, & Vitalem Michielum in anathe-  
 ma incurfuros, quo exfolvi præterquam  
 in mortis articulo, non nisi a Papa pos-  
 sent; simulque Venetias & omnes ter-  
 ras

ap. Brov.  
 1309. n. 3.

ras eis subditas interdicto affectum iri. Sæcul. XIV.  
 Hoc ipso in casu, nempe si non obedirent, A. G. 1309.  
 sub iisdem pœnis anathematis & inter-  
 dicti vetabat omne cum Venetis com-  
 mercium; nequis oryzam, frumentum,  
 vinum, carnes, pannos, vel alias mer-  
 ces illis venderet, aut afferret, vel ab il-  
 lis emeret, aut acciperet. Præterea Du-  
 ci ac Venetæ Republicæ adimebat cun-  
 cta privilegia ipsis a Summa Sede con-  
 cessa, omniaque prædia & bona a Roma-  
 na aliisque Ecclesiis obtenta. Absolve-  
 bat omnes subditos a iurata illis fide;  
 cunctosque Venetos declarabat infames  
 ac impares dando aliquid aut recipien-  
 do per testamentum, comparendo in ju-  
 diciis seu petitionis, seu defensionis gra-  
 tia, exercendo jurisdictionem aliquam,  
 aut functionem publicam: quidquid ho-  
 rum agerent, irritum fore; illorum po-  
 steros usque ad quartam generationem  
 omni dignitate sacra profanaque, omni  
 beneficio, officioque ecclesiastico exclu-  
 dendos. Denique volebat, ut Episcopus,  
 totusque Clerus secularis ac religiosus,  
 & speciatim Fratres Mendicantes post  
 mensem intra decem dies Venetias de-  
 fererent relictis tantum aliquot Sacer-  
 dotibus, qui baptismum infantibus, ac  
 pœnitentiam moribundis administra-  
 rent.

Adjun-

Secul. XIV.

A.C. 1309.

Adjungebat: Si Veneti secundo men-  
se in contumacia persistant sua, Ducem  
& Administros ejus jam nunc amovemus  
suis ab officiis, & ad aliud obtinendum  
reddimus inhabiles; eorum bona seu  
possint moveri seu nequeant, fisco addi-  
cimus; eos ac Venetos omnes capien-  
dos Christianis exponimus; ad eorum  
factum & insolentiam domandam omnium  
Regum, Principum, cæterorumque Chri-  
stianorum opem implorare statuimus;  
& hoc illos scire volumus. Si tres intra  
menses non satisfaciant, cuncti, qui so-  
cietatem cum illis aut foedus inibunt ali-  
quod, in easdem anathematis & inter-  
dicti pœnas incident. Hæc erat summa  
litterarum, quæ promulgatæ sunt Ave-  
nionæ primum die Coenæ Domini 27 Mar-  
tii anno 1309, postea die Ascensionis 8  
Maji.

*Brou. n. 4.*

*Rayn. n. 7. 8.*

*Bal to. 1.*

*p. 32. 69. 608.*

*643.*

*J. Vill. l. 8.*

*c. 101. 115.*

Litterarum minas executioni datu-  
rus Papa Siciliae, Hispaniae, Galliae, An-  
gliaeque Regibus scripsit, ut in suis ver-  
santes terris Venetos comprehendi, ac  
eorum bona diripi juberent: quod in  
quibusdam locis factum. Cum autem  
Veneti Ferrariam semper fervarent, Cle-  
mens sacrum contra eos classicum cani-  
voluit; suumque cognatum Cardinalem  
Arnaldum Pelegruæum in Italiam mit-  
tanquam Legatum ducturum copias.  
Duxit tam prospere, ut Francolini prope  
Padum

Padum cruento prælio superaret hostem, sæcul. XIV.  
 ac Ferrariam reciperet die S. Augustini A.C. 1309.  
 28 Augusti eodem anno.

§. XXXIV.

*Bellum sacrum in Hispania.*

Interim in Hispania armabatur sacræ  
 crucis exercitus spectatu dignior. Ja- *Mariana*  
 cobus II Arragonum, ac Ferdinandus IV *l. 15. c. 9.*  
 Castiliæ Reges e Maurorum discordiis *Kayn. n. 25.*  
 capturi fractum, Granatense ut regnum *26.*  
 invaderent, vires sociarunt suas, & ad  
 Summam Sedem Legatos miserunt, hic  
 Zamorensem, Pontium alter Ilerdanum  
 Episcopos. Papa Clemens 24 Apr. 1309  
 Valentino Hispaniæ Præfuli scripsit, ut  
 Arragonibus sacrum suaderi bellum cu-  
 raret, sponderique indulgentias Palæsti-  
 nam petentibus concedi solitas. Permi-  
 sit simul, ut Jacobus per triennium de-  
 cimam omnium proventuum sacrorum,  
 exceptis redditibus Ordinum militarium  
 in terris suis exigeret; &, quotquot e  
 Clero hanc sequerentur militiam, pro-  
 ventus suorum beneficiorum, etiamsi a-  
 nimarum cura essent prædita, in bien-  
 nium venderent, aut alienarent, salvo  
 tamen servitio divino. Multi hanc ad  
 expeditionem Præfules sese Regibus jun-  
 xere, & Jacobo quidem inter alios  
 Guilielmus Rocabertius Archiepiscopus,  
*Histor. Eccles. Tom. XXII.* Uu Tar-